



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Absolutio ab Exco[m]municatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Absolutio ab excommunicatione,  
vide Absolutio.*

1 **Q**ui habet ordinariam facultatem absoluen- di in foro interiori, potest ab- soluere etiam extra Confessionem: idemque etiam dicendum de dispensatione; qui verò ex priuilegio, consulant sua priuilegia.

\* *Nau. conf. 11. de priuil.* nam absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis: sic possunt absoluere Episcopi per *c. Licet Trid. sess. 24.*

2 Absolutio ab excommunicatione cum conditione, verbi gratia, si satisfecerit, valebit, cum satisfecerit.

\* *In articulo mortis, Corona p. 3. num. 23. de excommunic. at extra, præmittenda satisfactio, si id dicat diplom. ibid. 26.*

3 Cum datur facultas absoluen- di satisfacta parte, sufficit si faciat absoluen- dus, quod potest: itaque potest absolui data cautione saltem iuratoria, si aliud non potest.

4 Valida est absolutio data ab habente potestatem iure ordinario contra formam statuti, aut Canonis, v. g. sine iuramento, aut satisfactione requisitis, etiam si in constitutione dicatur, quod sine forma nullatenus absoluat; prohibet enim solum, sed factum non irritat. *Nau. c. 27 nu. 37. Ang. absolutio. 3. nu. 2.*

\* *Vide Syl. Absolut. 3. nu. 2. 3.*

5 In Absolutione ab excommunicatione sufficiunt quævis verba cum intentione, nec requiritur expressio causæ excōmunicationis.

*\*Sot. d. 22. q. 1. art. 3. Syl. l. c.*

6 Absolutus in mortis articulo cura obligatione se præsentandi, cum poterit, ei, ad quem pertinebat absolutio, non tenetur ad id si absens paret: ad parendum enim solum, & non ut absoluat, iubetur præsentari. Ita *Nau. c. 26. num. 26.* cuius mihi opinio perplacet.

*\*Nau. c. num. 26. contra Tol. l. 1. c. 10. nu. 5.*

7 Potest absolui quis non solum sine dolore, sed etiam inuitus, & ab vna excommunicatione relicta alia. Si autem pluribus sit ligatus ob idem factum, non sufficit ab vna absolui. *Vide de sententia excommunicat. c. 27.*

*\*Sot. l. c. in fin. Syl. Absol. 3. nu. 10. l. 2. c. 21.*

Inuitus *Azorius lib. 1. c. 9. q. 2.*

8 Qui iuste impeditus non potest Papam adire, aut eum, cuius erat absoluerè, non tenetur mittere, aut ad eum scribere, sed potest ab Episcopo, aut Superiore suo habente Episcopalem iurisdictionem, absolui, vel ab alio de eius commissione: sed si cessante impedimento non adeat reincider; quod commune est omni absoluto ab eo, qui alias non poterat, aut cum onere se præsentandi Superiori (qui tamen, priusquam reincidat, concordat cum aduersario, in cuius fauorem erat Excommunicatio, non tenetur se præsentare;)

tare;) potest verò tunc adire etiam per alium,  
vel per scripturam.

\*Vide *Nau. c. 27. nu. 89. Fial. de Absolutione  
numer. 14* {Sed si} *Sayrus l. 3. c. 28. nume. 36. c. eos  
qui, de sent. excomm.*

9 Absolutus simpliciter, sed præstita cautione de satisfaciendo, si non satisfaciat, non reincident.

10 Absolutio data post appellationem aduersarij, ne absoluatur, valet.

11 Absolutus cum reincidentia si in termino certo non soluat, si in illo non potest solueri, non reincident.

12 Excommunicatus donec satisfecerit, indiget, vbi satisfecerit, Absolutione.

13 Absolutio, aut reuocatio excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, per vim, aut metum extorta non valet. *c. 1. de ijs que vim, lib. 6.*

\*Ibi que notant *Aneh. Ioan. Mon. Gem. vide. Nau. c. 27. nu. 125. Sayrum l. 2. c. 21. nu. 30.*

14 Absolutio ex causa falsa valet, etsi id quidam negant. Declarationem vide apud *Coar. c. Alma. 1. p. 5. 11. numer. 15. Sylu. 5. Absolutio. 1. nu. 13.*

\**Nau. c. 27. nu. 38.*

15 Ab Excommunicatione non reseruata, siue sit iuris, siue generalis ab homine, quod æquipollet statuto, potest quiuis Confessor absolueri, etiam si illa per Papam esset con-

K 5 firma.

firmata: at à sententia particulari hominis confirmata per Papam ex certa scientia, cum causæ cognitione, nec qui eam tulit, potest absoluere. Quòd si Papa iussit excommunicare, committens causæ cognitionem, (quod semper intelligitur si Papa causam prius non cognouit) poterit absoluere qui excommunicauit.

\* *Innoc. D. Thom. Bonauent. & alij citati à Nau. l. c. num. 39. Tol. l. i. c. 10. num. 5. & At à sententia? Tol. l. c. nu. 11.*

16 Excommunicatus non ideò est absolutus, quia Papa cum illo scienter participat. *Clem. 4. de sent. excomm.*

\* *Sylu. l. c. num. 7.*

17 Solet in Papæ litteris dari Absolutio, saltem subintelligitur data, ad consequendam effectum litterarum: nec aliàs feruit.

\* *Vide Nau. conf. 44. de sent. excomm.*

18 Solemnitas absolutionis non requiritur in Foro Sacramentali.

19 Cum in magnis criminibus datur ab absolvente præceptum de parendo Ecclesiæ, intelligitur ne postea faciat id, ob quod erat excommunicatus.

20 Qui solemniter absoluit, post iuramentum de parendo Ecclesiæ, & satisfactionem, saltem per cautionem iuratoriam, quæ duopre nitenda, illud quidem in graui crimine, id verò cum quis ob debitum aliquod est ex-

commu-

communicatus; ad singulos versus alicuius  
 Psalmi Pœnitentialis verberet leuiter pœ-  
 nitentem: deinde post Kyrie eleison. Pater  
 noster. Saluum fac seruum tuum, &c. Esto ei  
 Domine, &c. Nihil proficiat, &c. Domine  
 exaudi, &c. & Dominus vobiscum, &c. Oremus.  
 Deus cui proprium est misereri, &c.  
 famulum tuum, quem sententia excommu-  
 nicationis ligatum tenet, &c. Tandem ab-  
 soluat.

\* Vide Tol. l. 1. c. 10. nu. 18. Syl. l. c. nu. 3. 4. Nau.  
 c. 27. num. 47. Sayrum l. 2. c. 18. præcipue.

Ab Excommunicatione minori, quam quis  
 incurrit ob peccatum veniale posse absolue-  
 re quemuis Sacerdotem, quidam aiunt; etsi a-  
 lij requirant in absolvente iurisdictionem,  
 certe potest quiuis Confessor.

\* Aiunt. Nau. c. 27. num. 26. Fu. vers. Absolu.  
 num. 38. Vinal. de minori excommuni. num. 12. Cord.  
 D. Tho. ab eo citati Tol. l. 1. c. 11.

Alij. Caet. excomm. minor, Sor. d. 22. q. 2. art.  
 3. Conar. c. Alma. 1. p. §. 8. num. 2. Pet. à. Sor. lec. 3. de  
 excom. nu. 16. Figuer. c. 16. §. 6. vers. 14. Sayr. lib.  
 2. c. 23. num. 8. de censu. Phil. lib. 3. c. 20. & est ve-  
 rior opinio.

De Excommunicationibus Bullæ Cœna, vide  
 Gabella, Heresis, Episcopus.

¶ Quod dicitur de hæreticorum recepta-  
 toribus, aut fautoribus, intellige si fa-  
 uerant.